

Juxta est dies perditionis, * & adesse festina. t tempora.

Judicabit Dominus populum suum, & in servis suis miserabitur:

vidēbit quod infirmata sit manus, * & clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt.

Et dicit: Ubi sunt dii eorum, * in quibus habebant fiduciam?

De quorum victimis comēbant adipēs, * & bibēbant vinum litaminum:

Surgant & opitentur vobis, * & in necessitate vos protegant.

videte quod ego sim solus, * & non sit alius deus praeter me:

Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo, * & non est qui de manu mea possit eripere.

Evabo ad caelum manum meam, & dicam: * Vivo ego in aeternum.

Si aciero ut fulgur gladium meum, * & arripuerit iudicium manus mea.

Reddam ultionem hostibus meis, * & his qui oderant me retribuam.

In nebria: o sagittas meas sanguine: * & gladium meum devorabit carnes.

De cruce occisorum, * & de captivitate, nudati inimicorum capies.

Laudate Gentes populum ejus: * quia sanguinem servorum suorum ulciscetur.

Et vindictam retribuet in hostes eorum, * & propitius erit terrae populi sui.

Antiphona. Date magnitudinem Deo nostro.

Antiphona. In cymbalis benesonantibus laudate Deum.

Psalmus. Laudate Dominum de caelis. 20.

Capitulum. Rom. 13. d. Ox praecessit, dies autem appropinquavit:

abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus.

Hymnus. Urora jam spargit populum,

Terris dies illabitur: Lucis resultat spiculum: Discedat omne lubricum.

Phaenasma noctis exulet: Mentis reatus corruat: Quicquid tenebris horridum

Nox atulit culpae, cadat. Ute mane, quod nos ultimum

Hic deprecamur cernui, Cum luce nobis effluat, Hoc dum canere concrepat.

Deo Patri sit gloria, Ejusque soli Filio,

Cum Spiritu Paraclito Nunc, & per omne saeculum. Amen.

Y. Re-

Repleti sumus mane misericordia tua. Antiphona. Exultavimus, & delectati sumus.

Ad Benedictus, Antiphona. Illuminare Domine his, qui in tenebris sedent: & dirige pedes nostros in viam pacis, Deus Israel.

Preces, quando dicētur sunt, habentur supra in Feria secunda. 62.

DOMINICA

Ad Vesperas.

Pater noster. Ave Maria. Deus in adiutorium. 18.

Antiphona. Dixit Dominus. Psalmus 109.

Dixit Dominus Domino meo: * sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tuum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non poenitebit cum: * tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conqussabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exultabit caput.

Antiphona. Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.

Antiphona. Fidelia.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * in consilio iustorum, & congregatione.

Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio & magnificentia opus ejus: * & justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & misericors Dominus: * escam dedit timētibz se.

Memor erit in saeculum testamenti sui: * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:

Ut det illis hereditatem gentium: * opera manuum ejus veritas & iudicium.

Fidelia omnia mandata ejus: confirmata in saeculum saeculi, * facta in veritate & aequitate.

Redemptionem misit populo suo: * mandavit in aeternum testamentum suum.

Sancium & terribile nomen ejus: * initium sapientia timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: * laudatio ejus manet in saeculum saeculi.

An-

Antiphona. Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in seculum seculi.

Antiphona. In mandatis.

Psalmus 112.

Beatus vir, qui timet Dominum: * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: * generatio rectorum benedicetur.

Gloria, & divitiæ in domo ejus, * & justitia ejus manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: * misericors, & miserator, & justus.

Jucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio: * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit justus: * ab auditiõne mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, confirmatum est cor ejus: * non commovebitur, donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in seculum seculi, * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet: * desiderium peccatorum peribit.

Antiphona. In mandatis ejus cupit nimis.

Antiphona. Sit nomen Domini.

Psalmus 112.
Laudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: * ex hoc nunc, & usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.

Excelsum super omnes Gentes Dominus, * & super celos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * & humilia respicit in celo & in terra?

Suscitans a terra inopem: * & de stercore erigens pauperem:

Ut colloquet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitat in domo, * matrem filiorum letantem.

Antiphona. Sit nomen Domini benedictum in secula.

Antiphona. Nos qui vivimus.

Psalmus 113.

In exitu Israel de Ægypto, * domus Jacob de populo barbaro:

Facta est Judea sanctificatio ejus, * Israel potestas ejus.

Mare vidit, & fugit: * Jordanis conversus est retrorsum.

Montes exultaverunt ut arietes: * & colles sicut agni ovium.

Quid

Quid est tibi mare, quod fugisti: * & tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?

Montes exultatis sicut arietes: * & colles sicut agni ovium.

A facie Domini mota est terra, * a facie Dei Jacob.

Qui convertit peram in stagna aquarum, * & rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine, non nobis: * sed nomini tuo da gloriam.

Super misericordia tua, & veritate tua: * nequãdo dicant Gentes: Ubi est Deus eorum?

Deus autem noster in celo: * omnia quaecumque voluit, fecit.

Sinulã ra gentium argentum, & aurum, * opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: * oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: * nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: * non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea: * & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel speravit in Domino: * adjutor eorum & protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino: * adjutor eorum & protector eorum est.

Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: * adjutor eorum & protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri: * & benedixit nobis:

Benedixit domui Israel: * benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum, * pusillis cum majoribus.

Adicat Dominus super vos: * super vos, & super filios ve tro.

Benedixit vos a Domino: * qui fecit celum, & terram.

C

Non mortui laudabunt te Domine: * neque omnes qui descendunt in infernum:

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, * ex hoc nunc & usque in seculum.

Antiphona. Nos qui vivimus benedicimus Domino.

Capitulum. 2. Cor. 1.

Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Hym-